Aquisgrani in die Palmarum regali benedictione sublimatur. Et ab Adriano papa coronatur. Quo tempore rex Alopie — pape vix fuerunt restituti.

Et cum apud Veronam redeundo transitu inhibitus et clausus fuisset, adverse portis[b] principibus laqueo suspensis, ferro sibi ad propria iter aperuit.

Anno Domini M°C.L.III°. rex Fredericus curiam suam in octava penthecoste[c] cum duobus cardinalibus, magnoque comitatu abbatum et prepositorum, apud Wormatiam habuit, ibique Heinricum Maguntinensem episcopum deposuit, eique Arnoldum tunc temporis cancellarium subrogavit. Eodemque anno Heinricus depositus obiit.

Anno Domini M°C.L.VI°. Heinricus dux Saxonum, congregato exercitu vi perexit in Fresiam, ubi et vix evasit. Anno Domini M°C.L.VII°. Imperator in Poloniam cum exercitu venit, duce illius provincie in deditionem accepit, et rebus prospere gestis, rediit. Eodem anno Conradus marchio obiit.

Anno Domini M°C.LIX° Sanctus Thomas — canonizatur. Anno Domini M°C.LX° Fredericus — — nil profecit.

Eodem anno Adriano defuncto duo pontifices, Octavianus, qui et Victor, ac Rulandus, qui et Alexander, per cardinalium Romanorumque dissidium simul eliguntur, constituuntur, consecrantur, unde ad curiam, imo ad synodam, quarto Nonas Februarii imperiali[d] edicto[e] Papie celebrandam, ambo vocati, Rulando

=K

Cr. S. P. 1164 (conf. in C) fol. ~~10~~ 110.

a) Veronem c.

b) portis c

=K

c) penthecoste c

(conf. in C)

d) imperia / f lis c.

e) edicto c